

Τοῖσι δ' ἄρ' ἐν πάντεσσι μετέπρεπε δῖος Ἴσως.
Ἦρ' ἂρ' ὑπερὶ πάντων ἔτ' ἔσθ'· καὶ οἱ ἔδωκε
κάλος τε μέγας τε· καὶ ἠγορέην ὑπεροπλοῦ.
id est.

Verū iter cūctos p̄stans excellit iason:

Huic et enim iuno diuinū afflarat honorem:

Et dederat formam: et p̄cero ī corpore robur.

Quae quidē oīa tam etsi nō mediocria ad uirtutē
sūt adminicula: talia tamen sūt ut simul cū corpo-
re cōsenescāt. quibus autē uirtutibus ipse nō pollet?
quid īgenio suo uel acutius uel fecūdius? quid me-
morē temperantiā: quid īuictū animi robur? quid
tolerantiā ⁊ cōstatiā suā ī rebus omnibus? facilita-
te māsuētudine affabilitate beneficētia tāta ē: ut eos
etiā qui illū nūq̄ uiderūt: mirifico sui desiderio affi-
ciat. ⁊ ut coetera p̄t ereā: quē illi anteponāi habeo.
neminē. quorū studia ī bonas artes ⁊ amor ī me ma-
ximus: ⁊ patrociniū quo semper usi estis ī res nos-
tras: īpulerunt tentare aliquid: quod posset uobis ⁊
utilitati esse ⁊ delectationi. solos q̄ mibi uos elige-
re: quibus ⁊ hos ⁊ oēs alios labores meos dedicarē.
Scio equidem nō esse hoc dignum ⁊ eruditione: ⁊
meritis ī me uestris. set nouitas rei: imperitia artis:
primū enim hoc opus imprimimus: fecit ut imita-
remur pictores bonos: qui pueros suos erudientes:
nequaquā ītegrū aliquod animal illis effingendū p̄-
ponunt: set partientes id ī singulas partes: aures:
nares: oculos: pedes: ⁊ manus: feliciter ī partibus eos
experiri cogunt: quod ī toto ī feliciter conarentur.